

vero hac simul in Turcarum regem Ottomanum impelum mense Aprilis faciamus, itaque tempus decretum inter nos ad bellum gerendum erit a mense Aprilis, quoad eo negotio, Deo iuvante, poenitus nos absolvamus, Orator regis Lnsitaniae venit ad nos per Teucrum quo praefato Regi scripsimus, neque tamen ullum responsum regium hucusque suscepit, ex plerisque subditis turcarum christiani sese simulansibus hic intelligi inter christianorum Reges bella vigere, quod equidem miramur adauget namque ea res hosti animos; secretoque scripsimus Regi Regum Hungariæ caveat hostem præfatum, qui delectum ingentem habet, decernens vobis manum conserere, et sæpe snis litteris

191 legatisque sollicitare omni diligentia curavit, ut ad tam egregium facinus socia arma cum eo sumam, quod sane semper renui vobiscum namque animus est, ut vos dicitis, prosperam aut adversam sortem experiri; qui autem sefellerit socium eumque deseruerit, a Deo optimo massimo puniatur. Quapropter cuncta vestra disponite, militum et armorum numerum decernite neque per Deum alteris litteris opus sit vos ad hanc rem excitare tanto unquam intervallo haud commode litteræ ultro citroque pervenient, præcipue quia Rex turcarum obedit maria, quo alium tabellarium præter presentium ad vos possumus mittere neminem. Moneo etiam vos ne perfido Othomano quoquomodo fidatis, et eiusmodi homo est, ut foedere fide pollicitationibus posthabitatis non vereatur, si modo possit vos vincere, foedifragus namque est, vetus autem hostis qualis ille certe aut vix aut numquam vera loquitur. Regi Regum egregio sceptra tenenti maxi- mi regni Alamaniae scripta autem in mense Xuel Domino DCCCCXXVIII in numero Arabum, sitque laus Deo Domino utriusque mundi amen. Amen.

A tergo: Ad manus, si Deo placuerit, Regis Regum Principumque Principis, Regis, Imperatoris, cuius dominium et fortunam Deus Maximus perpetuo continuet. Amen.

192 *Essentia sive presentia Dei
in cœlis, super terris autem pax.*

Regi Hungariæ

Laus Deo magno, gloriose, puro, bono cui nullus in regno similis est, beato, supremo, incomparabili in omnibus operibus eius, qui solis iuvare diem, noctem vero lumine clarificante lunæ exornavit, qui que Adam primum hominem ex limo terræ optima

plasmavit forma et mundus ac cuncta creata disponens, reges ac principes in terra dedit, ac illis in urbe et supra terram in extremisque partibus, ut recte facerent precepit. Ipse quidem Deus servans nos ab omni malo ad se exquirendum, exoptandumque in perpetuitate, perpetuitatem nos perducat Amen. Amen. Amen.

Proin quidem primum ac humum despicientes, vertimus nos deinde ad dexteram excelsi domini, domini nobilis regis regum et principum principis, quem Deus eiusque maiestate iugiter servet permanereque illum faciat recte sedentem in solio, unde conservetque incolumen ad Dei voluntatem super omnes inimicos illius. Amen.

Ut nobilis tua sapientia degnoscit, rescripsimus semel atque iterum tibi certiorem te facientes quemadmodum Turcarum rex e othomanorum familia ad nos scripsitavit, sese destinassem omnem Hungariam subiugare ea namque sub iugum missa, cæteris christianis facile imperaturum se asserens. Quarene ad tam præclarum facinus illi deesse vellem, quin immo ut presens illud capesserem summopere hortatur ac rogat, ad quam eliam rem ut magis nos allieiat quo in statu regnum Hungariæ ac cuncta illius regni sint, ad nos frequenter scribit. Verum enim vero mens certe mea longe ab illo est neque tantum in ea re proficit quin ei responderimus aperte, me semper vobis auxiliaturum ac vobiscum pacis aut belli communem sane fortunam mihi fore, nec secus ex nunc polliceor vobis, me contra dictum Turcarum regem, ac quemcumque alium hostem vestrum supetas ire, si in mense Aprilis vos istae, ut nos vero, hac hostem circumsessum iri cuperitis. Allatum nobis est urbem quamdam et quidem opulentam e ditione vestra ab hoste expugnatam captamque esse, quod non solum nobis displicuit, sed egre sane tulimus, ad te quamvis scripserimus et nullum earum litterarum responsum acceperimus, nunc denovo cum dilecto fratre Petro presentes mittimus, quibus vehementer hortamur obsecramusque expurgescamini, exurgatisque ut acres viri et arina in hostes demum sumatis, neque ad id alias nostras operiamini, longissimo namque intervallo seiuncti sumus. Iterum vos obsecro ne aliis litteris vos suscitari opus sit. Videtis enim quam longo distemus intervallo. Sum præterea factus certior belli quod geritur inter vestrum quosdam, quæ res nempe summe nobis displicuit, displicebitque sane quoque ad bonam pacem cristianorum reges redierint; sed de his satis, circumcisam ac per brevem namque orationem regiæ maiestati quam decentem